

# MARCUS I

1 Initium evangelii Iesu Christi Filii Dei.

2 Sicut scriptum est in Isaia propheta:

“ Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,  
qui praeparabit viam tuam;

3 vox clamantis in deserto:

“Parate viam Domini, rectas facite semitas eius”,

4 fuit Ioannes Baptista in deserto praedicans baptismum  
paenitentiae in remissionem peccatorum.

5 Et egrediebatur ad illum omnis Iudaeae regio et  
Hierosolymitae universi et baptizabantur ab illo in Iordane  
flumine confitentes peccata sua.

6 Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, et zona pellicea circa  
lumbos eius, et locustas et mel silvestre edebat.

7 Et praedicabat dicens: “Venit fortior me post me, cuius non  
sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum eius.

8 Ego baptizavi vos [in] aqua; ille vero baptizabit vos in Spiritu  
Sancto”.

9 Et factum est in diebus illis, venit Iesus a Nazareth Galilaeae  
et baptizatus est in Iordane ab Ioanne.

10 Et statim ascendens de aqua vidit apertos caelos et Spiritum  
tamquam columbam descendentem in ipsum;

11 et vox facta est de caelis: “Tu es Filius meus dilectus; in te  
complacui”.

sicut: assim como

ecce: eis/olhai! (pede atenção para o que  
vai dizer)

mitto, -ere: enviar

ante: diante de.

via, -ae: caminho, estrada, passagem.

clamans, -tis: [alguém que está] gritando.

paro, -are: preparar.

facio, -ere: fazer [algo]/tornar [algo] [em  
outra coisa].

recta, -ae: correta, reta.

semita, -ae: vereda, caminho estreito.

is, eius: ele, esse [nome do gênero  
masculino].

fuit: [ele/ela] foi/esteve.

praedicans, -tis: [alguém que está]  
pregando (religião).

paenitentia, -ae: arrependimento.

remissio, -nis: perdão, devolução do que se  
tinha.

egredior, -i: sair, deixar um lugar.

ad: em direção a [algo].

ille, -ius: aquele (gênero masculino).

omnis, -is: todo/toda.

iudaeae regio: região da judeia.

hierosolymitae universi: do mundo judeu.

baptizor, -ari: ser batizado (voz passiva).

ab: a partir de [lugar]/por [alguém].

flumen, -inis: rio.

confitens, -tis: [alguém que está]

confessando.

pellicea: de pele.

dicens, -tis: [alguém que está] dizendo.

fortior: alguém mais forte do que (...)

procumbens, -tis: [alguém que está] se  
curvando.

baptizavi: batizei.

baptizabit: [ele] batizará.

factum est: aconteceu que.

ascendens, -tis: [alguém que está] se  
levantando.

descendens, -tis: [alguém que está]

descendo.

facta est: fez-se.

complacui: encontrei alegria.